



BOLETÍN DEL CLERO

DEL

OBISPADO DE LEON

SECRETARIA DE CÁMARA Y GOBIERNO DEL OBISPADO

Por disposición del Excmo. é Ilmo. Sr. Obispo, los sujetos que hallándose adornados de los requisitos canónicos deseen ser promovidos á los *Ordenes Mayores* del Diaconado y Presbiterado que se han de celebrar, Dios mediante, en el día 21 de Diciembre próximo, lo pedirán por medio de solicitud hasta el día 15 del corriente, expresando el pueblo de su naturaleza, edad, estudios aprobados, la residencia actual, las que hayan tenido anteriormente y Parroquia á que hubieren pertenecido, si en ellas hubiere más de una.

Todos acompañarán á la solicitud la partida de bautismo; certificación de buena vida y costumbres; de frecuencia de los Santos Sacramentos; de estudios y facultativa que acredite no padecer enfermedad alguna perpetua, hereditaria ó contagiosa, que impida al interesado dedicarse al ejercicio del Sagrado ministerio del Sacerdote; el título del último Orden y certificación de haberle ejercido; y los que hayan estado en el servicio militar, testimoniales de la jurisdicción Castrense.

Transcurrido el día señalado, no se admitirá solicitud alguna, ni se dará curso á las presentadas, si carecen de alguno de los requisitos prevenidos, que deberán tener muy en cuenta los interesados.

Los exámenes tendrán lugar los días 20 y siguientes del presente mes y los ejercicios espirituales darán principio el día 12 de Diciembre.

León, 4 de Noviembre de 1901.—Dr. Adolfo Pérez Muñoz, Maestrescuela-Secretario.




Don Juan Balanzategui y Olarte, Presbítero Beneficiado de la Santa Iglesia Catedral de León y Delegado general de Capellanías y fundaciones pías del Obispado del mismo nombre por nombramiento del Excmo. é Ilmo. Prelado diocesano.

Hace saber: Que en cumplimiento de lo dispuesto en el Convenio últimamente celebrado con la Santa Sede y publicado como ley del Estado por Real decreto de 24 de Junio de 1867 sobre el arreglo definitivo de las Capellanías colativas de sangre y otras fundaciones piadosas de la propia índole, y principalmente en la parte á que se refieren sus artículos 12 y 13 y los 34 y 35 de la Instrucción acordada entre el M. R. Nuncio Apostólico y el Excelentísimo Sr. Ministro de Gracia y Justicia para llevarle á debida ejecución, esta Delegación está instruyendo el oportuno expediente promovido por D. Teófilo Robles y Robles, Presbítero Cura Párroco de Villimer, para la conmutación de rentas de la Capellanía fundada en la parroquia de Debesa de Curueño, con el título de San Lorenzo por D. Diego de Robles Bejón, y vacante por defunción de D. Andrés de Robles Bajón, su último Capellán.

Por tanto, en virtud de este edicto cita, llama y emplaza á los encargados del patronato activo, á los interesados en el pasivo y en general á todos los que se crean

con derecho á los bienes que constituyen la enunciada Capellanía para que en el término de treinta días contados desde esta fecha comparezcan en dicho expediente á exponer el que creyeren convenirles, bajo apercibimiento de que pasado este plazo se procederá, sin su audiencia, á determinar lo que corresponda parándoles el perjuicio que hubiere lugar. Y para que surta los efectos consiguientes por acuerdo de esta misma fecha he resuelto librar el presente que se fijará en la puerta principal de la citada Iglesia y se insertará en los BOLETINES ECLESIASTICO del Obispado y oficial de la provincia.

Dado en León á 3 de Noviembre de 1901.—Juan Balanzategui.



SAGRADA CONGREGACION DE RITOS

DECRETOS RECIENTES COMPENDIADOS POR ORDEN DE MATERIAS

Eucaristía

SUMARIO: 1. *Cómo debe revestirse el Sacerdote para exponer ó reservar el Santísimo Sacramento ó dar la bendición con él.*—2. *Cómo debe ser el Sagrario en su parte exterior.*—3. *Es facultativo del Obispo permitir la exposición frecuente en los Oratorios de Religiosas.*—4. *Si para tener reservado se debe celebrar diariamente la Santa Misa.*—5. *Cómo debe adornarse el interior del tabernáculo.*—6. *Toda exposición pública debe terminarse con la bendición.*—7. *Con motivo de una novena se puede trasladar el Santísimo á otro altar.*—8. *Si puede celebrarse Misa y predicarse ante el Señor expuesto.*—9. *El Obispo, en las procesiones del Santísimo, debe ir en medio de los ministros y no entre los Diáconos asistentes.*—10. *La iglesia donde hay Santísimo, no puede estar cerrada todo el día.*—11. *En la concurrencia de la Octava del Corpus con la fiesta del Sagrado Corazón de Jesús, no se debe omitir la Conmemoración de la Octava de San Juan Bautista que ocurre con esta última.*—12. *Si en la procesión del Corpus los Canónigos, por costumbre antigua, pueden vestir capi sobre el roquete.*—13. *Cuando al terminar la Misa el Celebrante expone el Santísimo y da la bendición, debe vestir pluvial.*—14. *Sobre rito para la Comunión de las monjas.*—15. *Sobre Comunión de enfermos no por modo de Viático.*—16. *Preces que en este caso deben recitarse á la vuelta.*—17. *Como los Canónigos no*

pueden distribuir la Sagrada Comunión ni tener la patena cuando el Obispo la distribuye.—18. Cómo se debe dar la bendición con el copón.—19. Colocación de candelabros á los lados del trono de la exposición.—20. Sobre ósculo de la paz en las Misas con exposición del Santísimo.—21. Si los versículos, oración y bendición son obligatorios después de la Comunión.—22. Cómo deben revestirse ministros y Preste para la bendición con el Santísimo después de Completas.—23. ¿Pueden usar el color de Vísperas?—24. Rito para la bendición de las monjas: interpretación del Decreto del núm. 14.—25. El Sacerdote no puede, por su devoción sólo, abrir el tabernáculo y adorar el Santísimo.

1. Utrum tolerari possit quod Sacerdos cotta et stola, vel alba, cingulo et stola tantum indutus, peragat expositionem et repositionem SSmi. Sacramenti: aut populo cum Ostensorio benedicat: aut SSmum. Sacramentum in Processionibus Sanctissimi Corporis Christi portet; an potius teneatur ad usum pluvialis in omnibus caeremoniis, in quibus ceteri Sacerdotes, haud capuccini, pluviale portare debent?

Resp. 7 Decembris 1888, in Ordinis Minorum Capuccinorum S. Francisci, ad 12, n. 3 697: «Si agatur de expositione et repositione SS. Sacramenti, sufficit ut Sacerdos cotta et stola sit indutus; nunquam cum alba, cingulo et stola tantum. In Processionibus et benedictione cum SS. Sacramento in Ostensorio impertienda, omnino requiritur ut celebrans pluviale et velum humerale induat, sicuti cautum est Decreto in una Taurinen. diei 22 Junii 1874.» Quod Decret. sic se habet: «Canonici cappa induti, superposita stola ac velo humerali, benedictionem cum SS. Sacramento impertiuntur. An liceat hoc servare?—Resp.: *Negative.*»

2. Utrum Ciboria seu Tabernacula, ubi SS. Sacramentum asservatur, possint exterius esse ex nudo ligno, rudi colore depicto; vel potius debeant deaurari aut pretiosius depingi, quam ceterae Altaris partes?

Resp. ibidem, ad 13: «PP. Capuccini retinere possunt Tabernaculum ligneum, affabre elaboratum ex concessione S. C. Episcoporum et Regularium 13 Julii 1659.»

3. Rmus. Dominus Lucas Solecki, Episcopus Premislien, Latinorum Sacrae Rituum Congregationi humiliter exposuit, in Sacellis privatis, quae sunt in Domibus Sororum intra fines

Dioeceseos degentium, multis per annum diebus, vel per totam diem, vel saltem post Missam et Vesperas, de venia Episcopi rite Sanctissimam Eucharistiam in Ostensorio exponi Idem Episcopus enixas preces porrexit, rogans ut Sacra Rituum Congregatio facultatem dignetur tribuere eandem frequentem expositionem permittendi.

Et Sacra Rituum Congregatio, rem omnem prudenti arbitrio Ordinarii remisit, ut, remotis cujuslibet abusibus occasionibus, ejusmodi expositiones saepe fiant ubi Ipsemet concedere velit.

Die 18 Februarii 1889, in Premislien. Latinorum, n. 3.703.

Quarundam Congregationum Oratoria in Dioecesi Bajonensi portam quae ad extra pateat nullimode habent, et nec semel per hebdomadam celebratur ibi Sanctissimum Misae Sacrificium; et cum de his conditionibus silere videntur Rescripta Apostolica quibus eadem Oratoria ejusmodi indulto fruuntur, hinc Episcopus orator humiliter expostulat:

I. Num permitti possit quod Sanctissimum Sacramentum asservetur in praefatis Oratoriis, quamvis nec semel in hebdomada ibi Missa celebretur? Et quatenus negative.

II. Quoties in hebdomada celebrari debeat Missa? an semel tantum sufficiat; et an interdici debeat asservatio, si bis per hebdomadam Missa celebrari nequeat?

III. An necesse omnino sit ut porta ad extra pateat?

Resp. 14 Maji 1889, in Bajonem. n. 3.706:

Ad I. «Negative.»

Ad II. «Si in iis Oratoriis Missa quotidie celebrari nequit, ab Apostolica Sede indultum petendum est, quae semel saltem in quavis hebdomada illam praecipere solet.»

Ad III. «Negative in casu; attento Apostolico indulto.»

5. Num Sacrum Tabernaculum, in quo asservatur SSmum. Eucharistiae Sacramentum, debeat omni ex parte interius panno serico albi coloris vestiri, vel possit illud ex laminibus deauratis tantum ornari?

Resp. 5 Junii 1889, in Calven. et Theanen., n. 3.709: «Nihil obstare quoad utrumque modum.»

6. An in qualibet Sanctissimae Eucharistiae Sacramenti publica expositione, antequam in tabernaculo idem reponatur,

benedictio fidelibus cum eodem Sanctissimo Sacramento imper-
tiri debeat, ita ut eam omittere non liceat?

Resp. 12 Junii 1889, in Trascalen. seu Angelopolitana,
n. 3.713: «Affirmative.»

7. Num SSmum. Sacramentum ex altari proprio (ob Paroe-
ciam in Cathedrali existentem) occasione Novemdialis possit
transferri in Altare functionis, spatio unius Missae, ob frequen-
tiam populi ad Sacram Synaxim accedentis, relicta ibi (in Altari
SSmi. Sacramenti) altera Pyxide pro infirmis?

Resp. 10 Maji 1890, in Montis Regalis. ad 1, n. 3.728:
«Affirmative.»

8. Num tolerari possit consuetudo exponendi SSmum. Sacra-
mentum, et coram eo Missam celebrandi (occasione Novemdialis)
in qua fit post Evangelium praedicatio Verbi Dei et plerumque
de Sanctis; et in qua populus frequens accedit ad Sacram Sy-
naxim?

Resp. ibidem, ad 2: «Affirmative: appposito tamen velamine
ante SSmam. Eucharistiam dum habetur concio.»

9. Utrum Episcopus processionem SSmi. Sacramenti ponti-
ficaliter peracturus (exceptis processionibus in Festo Corporis
Christi per Urbem et Feria V in Coena Domini ad Sacellum)
debeat medius incedere inter Ministros de more indutos; an inter
Diaconos assistentes, prouti provisum est in Caeremoniali Epis-
coporum de praedictis duabus processionibus?

Resp. ibidem, ad 3: «Serventur praescriptiones Caeremonia-
lis Episcoporum pro Festo Corporis Christi.»

10. Quum id pastorali visitatione orator ipse (Rmus. Domi-
nus Josephus Maria Martin de Herrera y de la Iglesia Archi-
episcopus Compostellanus), deprehenderit in multis filialibus
Ecclesiis (seu Oratoriis) alicujus Paroeciae Sanctissimam Eucha-
ristiam asservari, ubi Missa celebratur tantummodo Dominicis
et quando sacrum Viaticum ad aegrotos ferendum desumitur;
reliquo vero temporis spatio nemo illuc accedit, praeter Aedi-
tuum ad alendam lampadem, januis clausis ceteroqui manenti-
bus; hinc quaeritur: An Sanctissimum Eucharistiae Sacramen-
tum in iisdem Ecclesiis ita servandum permitti possit?

Resp. 15 Novembris 1890, in Compostellana, ad 1, n. 3.739: «Negative; nisi per aliquot diei horas aditus pateat fidelibus Sanctissimam Eucharistiam visitare cupientibus.»

11. Num in secundis Vesperis diei octavae Sanctissimi Corporis Christi omittenda sit etiam commemoratio de die Octava (ex. gr. Nativitatis S. Joannis Baptistae) quae occurrit in Festo Sacratissimi Cordis Jesu, cum haec in toto Officio ejusdem Sacratissimi Cordis suam habere debeat commemorationem?

Resp. 18 Aprilis 1891, in Agennen., n. 3.743: «Negative; juxta Rubricas.»

12. In solempni processione quae fit in Festo Sacratissimi Corporis Christi Dignitates et Canonici Cathedralis Ecclesiae Capuanae cappam magnam deferunt contra praescriptum Caeremonialis Episcoporum, lib. II, Cap. XXXIII, § 5. Quaeritur:

I. An delatio cappae magnae in processione solempni Festi SSmi. Corporis Christi sit abusus? Et qualenus Affirmative.

II. An hujusmodi abusus, ratione habita consuetudinis, tolerari possit?

Resp. 5 Decembris 1891, in Capuana, n. 3.760: «Servandum Decretum in una Mutinen. diei 24 Septembris 1842, quavis contraria consuetudine haud obstante.»

Ecce decretum: «Dignitatibus et Cononicis Cathedralis Ecclesiae Mutinensis suffragari Clementinum indultum (vi cujus rochetto et cappa magna uti poterant tam intra quam extra ecclesiam etiam in processionibus) quoad usum cappae et rochetti in iis tantum functionibus, pro quibus aliter non disponatur a Caeremoniali Episcoporum et a Decretis Sacrae hujus Congregationis.»

13. An quando immediate post Missam solempnem exponitur SS. Sacramentum pro cantu Hymni *Te Deum*, vel pro aliis precibus (ant etiam simpliciter pro adoratione ejusdem ad plures horas duratura), liceat Celebranti benedictionem quoque cum eodem SSmo, Sacramento in fine daturis, retinere casulam cum manipulo; vel debeat potius assumere pluviale?

Resp. 6 Februarii 1892, in Lincien, ad 8, n. 3.764: «Negative, ad primam partem; Affirmative, ad secundam.»

14. An pro distribuenda SSma. Communione Monialibus, quae habent Chorum retro post Altare, debeat aut possit Sacer-

dos post recitatum a Ministro vel ab ipsis Monialibus *Confiteor* deponere Ciborium ad fenestellam Chori, et ibi, ad Monialibus conversus dicere *Misereatur, etc.*, et *Ecce Agnus Dei, etc.*? Vel potius debeat haec omnia dicere ad altare versus populum de more; et dein per medium Altaris descendere (quamvis fenestella sit in parte Epistolae) ad Moniales sancto Christi Corpore reficiendas? Et an idem valeat etiam si Chorus non sit retro post altare, sed in aliqua parte laterali Presbyterii?

Resp. ibidem, ad 14: «Affirmative, ad primam partem, quando scilicet Sacerdos immediate ante vel post Missam, sacris paramentis indutus, vel omnino extra Missam, cum superpelli-
ceo et stola, Sacram Communionem distribuit; Negative, ad secundam; Ad tertiam, provisum in prima.»

15. An in administranda infirmis S. Communione non per modum Viatici, servandae sint tam extra quam intra cubiculum infirmi omnes Caeremoniae a Rituali praeceptae pro administratione Viatici, exceptis tantum verbis: *Accipe Frater, vel Soror?*

Resp. 13 Februarii 1892, in Calaguritana et Calceaten., ad Dubia additionalia, ad 3, n. 3.767: «Affirmative juxta Ritualis Romani praescripta, exceptis excipiendis.»

16. An in deferenda Communione infirmis qui, licet, gravi morbo non laborent, ad Ecclesiam tamen nequeunt accedere, recitari debeant Psalmus *Miserere* per viam, nec non *Ÿ. Pax huic Domni* et Antiphonae *Asperges* cum *ŸŸ.* et Oratione *Exaudi nos* in cubiculo infirmi; et demum, data Communione, alia Oratio *Domine Sancte, etc.*, ut in Rituali.

Resp. 19 Februarii 1892, in Ungellen., ad 2, n. 3.769: «Affirmative.»

17. Canonici Ecclesiae Cathedralis, induti cappa magna et stola, possuntne sacram Synaxim distribuere, vel patenam deferre seu porrigere, quoties Episcopus solemniter Sanctissimam Eucharistiam fidelibus distribuit?

Resp. 23 Junii 1892, in Lauden, ad 9, n. 3.779: «Negative.»

(Se continuará.)